





1769.13.  
Ac. 88

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

D E

T V T O R E S P O N S O  
P V P I L L A E

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. P V B L I C. O R D I N. I V R. N A T. E T G E N T.

E T S O C I E TAT. L I T E R. D V I S B V R G.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X X I V. F E B R. A N N O C I C I O C C L X V I I I I.

P V B L I C E D E F E N D E T

C A R O L V S W I L H E L M V S E M E R I C H

G O R L I T. L V S A T.

---

L I P S I A E

L I T E R I S R V M P F I I S.





D E

# TVTORE SPONSO PVPILLAE.

---

---

§. I.

I nter prohibita matrimonia Iure ciuili tutoris eiusque sub potestate positi filii cum pupilla referri haud dubitandum, cum SCto ad *Orationem D. Marci et Commodi* facto expressa prohibicio facta fuerit, vti testatur in L. 59. ff. de R. N. PAV-

A 2

LVS,

L V S, qui peculiarem quoque tractationem ad hanc Orationem D. Marci et Commodi scripsérat; vt docet Inscriptio L. 60. ff. de R. N. Causa hujus SCti erat quaerenda in obligatio-  
ne et periculo tutoris, cui se forsitan subtrahere studiisset  
celebrato cum pupilla matrimonio. Haec ergo causa ex-  
tensiuae occasionem dedit jurisprudentiae. Hinc P A V-  
L V S cit. l. 60. SCti prohibitionem extendit adeo ad eum,  
qui tutor quidem non est, at ex tutela periculum habet.  
Exemplum est, si quis sese allegationibus liberare inten-  
dat a tutela, cum interim, antequam sententia liberatus sit,  
tutelae periculum habeat, neque huic permisum erit cum  
ea, quae ipsius futura fuerat pupilla, matrimonium, contra-  
hère, ne eo contracto sese a periculo liberaret, quod ad eum  
pertinebat. Neque aliter de iure honorario sentiebat, qui qui-  
dem bona pupillae non administrabat, at vero, *quia per-  
iculum solebat pati, si male passus sit administrare tutelam*, quae  
funt verba Pauli c. 1. Pariter hanc orationem quoque  
P A V L V S noster L. 66. ff. de R. N. applicat ad Curatorem si  
pupillam suam seu minorem intravicensimum septimum annum du-  
cat uxorem, vel eam filio iungat, qui simul sanctionem testa-  
tur poenalem, scilicet infamari tutorem curatoremque pec-  
cantes in SCtum, quos et pro dignitate pupillae extraor-  
dinem coerceri posse affirmat.



5

## §. II.

Ob hanc vero iuris prohibitionem certissimum erat, nec tutorem, neque curatorem, neque utriusque filium *sponsalia* cum pupilla valide celebrare potuisse, cuius rei testis est **MODESTINVS** in L. 15. ff. de *Sponsal.* qui expresse ait *Tutor factam pupillam suam nec ipse vxorem ducere, nec filio suo in matrimonio adjungere potest. Scias tamen, quod de NVPTIIS tractamus, et ad SPONSALIA pertinere.*

## §. III.

Haec ita in regula, et quidem de Romano iure. Negari tamen nequit, non deesse exceptiones in Legibus fundatas vel ex iuris ratione deponitas. Cessabat enim SCti prohibitio, *si pater ipse tutori filiam suam prius despousauerat,* eumque dein tutorem dederat. Ita testatur **PAVLVS** cit. L. 66. Poterat ergo tutor pupillae suae antequam connubium celebraret licite sponsus esse. Dein hicce **PAVLVS** c. l. aliam ponit exceptionem, sc. *si pater filiam suam testamento tutori destinasset uxorem.* Neque hoc themate negari poterit, valide atque impune tutorem cum pupilla sua *sponsalia* contrahere potuisse.

A 3

Tan-

Tandem cum prohibitio illa, quominus tutor pupillam in matrimonium ducat, eam haberet causam, ne rerum suarum jaēturam forsan pateretur pupilla, si inito matrimonio rationes reddere euitaret tutor; patet sane redditis rationibus, si nihil metuendum sit, nihil impedire amplius tutorem, quominus in matrimonium pupillam suam accipiat. Sed ita videri primo intuitu posset a nobis dissentire PAPINIANVS in L. 62. ff. de R. N. qui scriperat: *Tutor, qui rationes curatori reddidit, puellam suam ante constitutum tempus aetatis eius uxorem ducere, nec matrem ex alio matrimonio faſam, potest.* Facile patet, ICtum hunc non disse regulam generalem, sed de certa specie differuisse, an tutor pupillam suam, quae a patre forsan certo aetatis tempore elapsa sponsa tutori destinata, ante illud tempus in matrimonium accipere posset redditis prius rationibus, quod negat, adfirmando simul tacite, constitutum tempus prius expectandum, etiamſi, ut teste CHARONDA *Basilici libri* interpretantur, ex alio ea matrimonio liberos suscepere, quo appareret aptam eandem coniugio esse. Sic vere non dissentit, vtinec dissensus vere existit apud PAVLVM in L. 36. ff. de R. N. quippe apud eum nihil de redditis rationibus et liberato a periculo tute dicuntur, ad quod periculum tamen ipſe respexerat in statuenda prohibitio-

ne



ne in L. c. 60. Sed re accurate perpensa, redditis rationibus cum amplius tutor non sit, nec sponsus tutor erit.

§. IV.

Haec ex Romano Iure, iam videamus patria iura, videamus forum. Si de antiquo Germanorum iure dicendum; vehementer dubito, an romani iuris prohibitio similis inter populares nostros vnuquam extiterit. Imo fatator, in Legibus ipsis antiquis nihil me inuenisse, ex quo prohibitionem eam conjicere possemus, ne tutor pupillam ducat in matrimonium. Neque ratio illa, quae iuri Romano causam dederat, in Germanica illa tutela extabat. Plerumque enim antiquitus ususfructuaria cum esset tutela, sive antiquitus de rationibus reddendis non teneretur tutor frustra quaereretur illius iuris prohibitio. Equidem non nego, rariorem obtigisse hanc controversiam, cum plerumque proximus agnatus pupillae tutor esset, nisi forsan ex iusta causa pacto liberis prospexit pater, vix de ducenda pupilla ob sanguinis vinculum cogitabat tutor, qui vicarium pupillae pa-

trem



trem agebat; tamen comparatis iuribus inter se, sa-  
tis est, non adesse Romani Iuris prohibitui caufam.

100 200

### §. V.

Neque patria aliqua prohibitio de non ducenda pu-  
pilla PROV. IVS SAXONIC. habet, saltem neque in  
hoc Iure prohibitioni locum dari posse arbitror. Nam  
cum omnino hocce Ius maritum adeo legitimum cura-  
torem constituat coniugi, haecque cura seu tutela non  
solum sexus esse videatur, sed et vera tutela eaque vnu-  
fructuaria, vt coniicio ex SPEC. SAX. Lib. I. Art. 31.  
verbis: Wann ein Mann ein Weib nimmt, so nimmt er sie  
in sein Gewehr, und alles ihr Gut zu rechter Normund-  
schafft; arbitror, quae Romanis prohibendi causa, vix in-  
ter nostrates maiores cogitari poterat. Sicut enim tu-  
toris officium erant, alere pupillum, eius actiones di-  
rigere, eum tueri atque defendere, bona administra-  
re, exque iis vsumfructum quendam capere; ita in  
tutela hacce vxoris alia primaria iura et obligatio-  
nes haud reperio. Concludo, cum maritus ex iure  
posset coniugis tutor esse, id est, omnia ea prope iura in  
coniugem eiusque bona, tanquam legitimus tutor exer-

cere

cere, quae tutor habet in pupillam eiusque bona, vix quidquam poterat impedire, quominus cum pupilla, quae iustae aetatis erat, matrimonium contrahere potuisset tutor, nisi alia iusta causa, ut cognatio, vel alia prohiberet, quominus valide matrimonium celebraret. Ita de patrio Iure: Singularia iura prouincialiaque hanc eum, in his enim haud raro Romana et Germanica iura mixta, sique in his prohibitio existeret, Legi tunc standum esse parendumque, nemo negabit.

## §. VI.

Tandem, quid foro placere possit, maxime si singula-  
ris Prouincialis Iuris dispositio haud adsit videamus.  
Equidem largior haud deesse atque defutiros forenses  
homines, qui nimio studio Romani iuris, ut alias solent,  
haud inspecta ratione illius omnia applicaturi sint, quae  
hoc ipso Iure constituta, sive conueniant cum patriis ra-  
tionibus, sive contrarientur iis, etiam in hac titoris pro-  
hibitione iuris peregrini, ne pupillam ducat in matrimo-  
nium; tamen forsitan rectius hic rigor temperari poterit.  
Verum est, et tutores nostros administrantes teneri ad ra-  
tiones reddendas iudicii atque pupillae gestae administra-

en ipsius

B

tio-



tionis, cum rarius contingat, ut aliqua tutela sit ususfructuaria; attamen etiam grauissima in foro et iure obseruantur differentia, si respiciamus ad ea, quae inter Romanos valebant. Merito enim prospiciendum erat pupillo, cum omnis tutelae rationes reddendae essent demum finita ea; hinc facile contingere poterat, ut tutor male administrando rebus pupillaribus damnum daret intra tempus gestae tutelae, quo facto ad damni restitutionem obligatus fuerat pupillo. Poterat ergo tutor hocce consilium capere ducendae pupillae, quo se a periculo liberaret, et hinc recte SCtum curam salutis pupillarum haberet atque matrimonium, quod in fraudem pupillae fuisset, prohibuerat. Sed iam quaero: quid metuendum tantopere apud nos. Scimus patria iura, magistratumque rite officio suo fungentem singulis annis rationes a tutoribus exigere et posse et debere. Singulis ergo finitis annis apparet, qualiter administrauerit, vtrum bene, an male tutor. Quapropter annuis rationibus redditis atque omnibus, quae ad tutelam pertinent ex bona fide gestis, quid prohibet, quominus tutor et sponsalia imo et matrimonium inire possit cum pupilla, cum tunc, quae apud Romanos prohibitioni causam dabant apud nos impedimento esse nequeant. At vero, si negligentia tutoris  
atque



II

atque incuria magistratus, qui periculum forsan haud metebat, factum sit, ut intra quam plurimos annos tutelae rationes a tute reditae non fuerint; haud dubito Romani iuris prohibitionem ob eandem rationem, quo olim, etiam apud nos applicari posse, neque permittendum tutori, ut pupillam ducat, ignorantes adhuc an bene, an male gesserit. Saltem tamen, si de facto sponsalia cum pupilla iustae aetatis celebrauerit, eaque adhuc consentiat in matrimonium, haud credo, sponsalia iniusta et nulla declaratum iri, potius eo allaborabit iudex, ut antequam matrimonium contrahat, rationes reddat gestae tutelae; et hinc temperari posse iuris ciuilis prohibitionem in foro ex nostrorum temporum rationibus supra adfirmauimus.

T A N T V M.



... et hunc invenimus quod periculum fortis perire  
super regnum tuum ac non datur diuinus auctoritate  
relinquere a morte letabimur nos fratres; sed hunc opus regni  
nunc tunc periculum oculorum suorum stuporem, quo omnia  
sunt ab aliis separatae, quod omnes dilectionem populi in aliis  
totius aeternitatis operis, quod omnes dilectionem populi in aliis  
secesserit. Sed non tamen illi ex Hugo Longbarbi cum ba-  
bilis iustitia servare corporis suarum, sed ut aliis conseruari  
in mortuis deinceps, sicut aliis, non possint nisi de mortis  
secesserit. Non enim de morte deinde est, sed de morte in  
memento mortis, ita ut postea res ipsa, ut videtur, in  
prospectu mortis, res ipsa, ut videtur, in morte ex  
longiora tempora, res ipsa, ut videtur, in morte minima.

M V T I A T



**ULB Halle**  
003 594 440

3



*Sd*



1769 13.  
Ac: 88

B.I.G.

Farbkarte #13



S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

D E

T V T O R E S P O N S O  
P V P I L L A E

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. P V B L I C. O R D I N. I V R. N A T. E T G E N T.

E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X X I V. F E B R. A N N O C I C I O C C L X V I I I I.

P V B L I C E D E F E N D E T

C A R O L V S W I L H E L M V S E M E R I C H

G O R L I T. L V S A T.

---

L I P S I A E

L I T E R I S R V M P F I I S.